



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 57. Aliud agmen versus Savonam a Rege ab exercitu avulsum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

**Sæcul. XVI.** nimia facilitate sibi persuaferat, a Neapolitano Prorege, unice ut hoc Regnum conservaret, cuncta neglectum iri, eumque mox copias suas ex Mediolanensi Ducatu educturum, ut Albaniæ Ducem insequeretur. Verum Prorex adeo non sibi timebat, Neapolis Regnum tot munitissimis urbibus firmatum a tam exiguo Gallorum manipulo expugnatum iri, ut nequidem amplius Papiam hostium manibus cessuram pertimesceret, quapropter toto bimestri, quo obsidio tenebat, nec propius quam prima die urbi accedere sollicitus erat.

### §. LVII.

*Aliud agmen versus Savonam a Rege ab exercitu avulsum.*

Ceterum ex errore, quo Franciscus exercitum suum adeo imminuebat, aliis nasebatur; cum enim Renceus de Ceri agmina peditum, quos navibus impoauerat, Liburni Altaniæ Duci jun-

gere

---

peperisse, quid si Regni Nearolitani cupiditas accedat? non ab ipso Pontifice postularet, quæ ex officio recusare cogeretur: se enim neutrano in partem proveniurum, nec ulla initæ faciatis indicia professurum. Hæc artis Criticæ non dicem Magistris sed viri discipulis cum Conti- nuatoris ielectu conferenda relinquimus.

gere moliretur, in transitu Savonam <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 occupabat, qui secundus armorum suc- <sup>A. C. 1524.</sup>  
 cessus Francisci rebus propitius crede-  
 batur, verum eidem omnino funestus  
 accidit; quippe ab exercitu suo rursus <sup>Mem. du Bellai l. 2.</sup>  
 validum agmen avellere, ejusque impe-  
 riū Salutiarum Marchioni committe-  
 re statuit, eo fine, ut Savonæ castra  
 metaretur, indeque opportunis invigi-  
 laret occasionibus, quibus Genuenses  
 invadere posset. Attamen exercitus  
 vires, uno agmine Neapolin versus, alte-  
 ro ad Savonam destinato, tantopere im-  
 minutæ fuerunt, ut Cæfarei sine ullo pe-  
 riculi metu suas copias in aciem e-  
 ducerent, ac Papiensis urbis obsidionem  
 Gallis minus expeditam redderent.

## §. LVIII.

*Origo Clericorum Regularium vulgo  
 Theatinorum.*

Quamvis profanarum rerum sollicitu-  
 do non parum Clementis animum  
 detineret, nihilominus potissimum in eo  
 curas intendebat, ut Ecclesiæ bonum  
 promoveret: quapropter pari ac <sup>Bzov. hoc an.</sup> Præ-  
 decessor ejus, Religionis studio accen-  
 sus, hoc anno die secunda Maji Consti-  
 tutionem edidit, qua morum corru-  
 ptelas tollere, abusus Romæ, ac in to-  
 ta propemodum Italæ invalescentes  
 corri-